



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV

Muret, Marc-Antoine

Antverpiæ, M. D. LXXXVI.

Cap. 15. De locis quibusdam è Truculento Plautina.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

tueraut Democritus, Anaxagoras, Empedocles, & veteres illi, qui antè, vt opinor, mortui erant, quàm auia Socratis nasceretur? An in re perspicua nihil pluribus verbis opus est? Neque enim quemquam posthac dubitaturum existimo, quin ita legendum sit: *Quæ ad confessionem ignorantis adduxerant Socratem, velut iam antè Socratem, Democritum, Anaxagoram, Empedoclem, omnes panè veteres.* Vt significet illam confessionem ignorantie non à Socrate primùm inductam, sed multo ante eum à veteribus prolata fuisse.

De locis quibusdam è Truculento Plautina.

CAPVT XV.

Versus hi sunt ex Truculento:

Ru manè dudum hinc ire me iussit pater.

Vt bubus glandem prandio depromerem.

Post illuc veni, quàm aduenit, si dis placet,

Ad villam, argentum qui meo debebat patri:

Qui ouis Tarenti erat mercatus de patre.

Querit patrè. dico esse in vrbe. interrogo quid eum velit.

Homo crumenam sibi de collo detrahit:

Minas viginti mihi dat. accipio libens.

Condo in crumenam. ille abiit. ego perperaminas

Ouis in crumena hac in vrbem detuli.

Quis autem est, qui diuinare possit, quas dicat oues perperaminas: sed nimirum corruptus est locus. legendumque hoc modo:

ego properè minas

Ouis in crumena hac in vrbem detuli.

De pecunia enim, id est de illis viginti minis, quas pro ouibus acceperat, ita vt de ouibus loquitur; eadem urbanitate, qua viginti item minas pro asinis acceptas vocat alibi asinos.

Q3

Nimis

Mureti
Lectio
LIB
25

Nimis vellem habere perticam. Qui rei? qui vellem

rarem

Asinos, si fortè octeperint clamare hinc ex crumena.

Simul autem eò alludit, quòd oues quæ ventrem pilosum non haberent, vocabant oues minas aut apocas, quas etiam in emendo reiiciebant: ut est apud Varronem libro secundo De re rustica. Erant illæ tunc planè oues minæ: neque enim pilosæ sunt nunc.

Quod autem sequitur:

Fuit ad eum Mars meo periratus patri.

Nam oues illius haud longè absunt à lupis.

Inde dictum est, quòd lupas Marti sacras putabant. Unde & huius vrbs conditores, quòd à Marte genitricem essent, aluisse dicitur lupa. lupas etiam vocabant muretrices, à quibus non longè abesse dicit eas oues quæ ipse tunc in crumena ferebat. Parua sunt hæc, & scilicet: dicit aliquis. fateor. neque ego ea pro magnis aut reconditis vendito. Sed tamen quæ homines eruditissimi obscura sibi esse facti sunt, ea illustrasse me numquam pigebit.

De Mitylene Horatij loci duo illustrati:

CAPVT XVI.

NON temerè est, quòd Horatius Mitylenen inter vrbes pulcherrimas numerat: tum in Odis;

Laudabunt alij pulchram Rhodon aut Mitylenen:
tum in Epistolis:

Incolumi Rhodos & Mitylene pulchra facit, quod

Panula solstitio, campestre niualibus auris.

Talem enim ferè fuisse proditum est, quales sunt quæ hodie non Italiæ modò, sed vniuerso orbi terrarum ornamento sunt Venetiæ. Nam & in Mitylenen influens mare multis eam curipis distinguebat, ac disse-